

4 b. Chiliano Stumpf su la condizione della Missione.

(Fine di ottobre 1718: relazione al generale dell'Ordine).

L'imperatore restò irremovibile, nel non voler tollerare la proibizione dei riti; in prova di ciò vengono portati otto fatti. « His vero positis, num dubium esse potest, quin clausus etiamnum perstet missionis aditus? Attamen in Europam a nonnullis scribi, patere portam, pariter non dubito, cum certo sciam, sic Manilam scriptum fuisse... Et creditum etiam Manilae fuit, quod scriptum est tam parum sincere: nam ecce effectum piae credulitatis! Hoc ipso anno 1718 mense Februario Manila adfuerunt seni e D. Dominici et seni e D. Francisci familia operarii, praeclara virorum duodecas; pleni persuasione, deducto foribus pessulo, nemine obstante, se missionem ingressuros. Ne unus tamen intravit ». Alcuni attribuiscono ciò alle mene dei Portoghesi e dei gesuiti. « Verum, si credi sibi volunt, dicant, cur quinque PP. Franciscani, ab antiquo degentes Cantone, et R. P. Muñoz O. P. a 12 annis ibidem iussu imperatoris habitans, omnes linguam terrae probe docti, omnes rerum Sinicarum periti, omnes familiariter noti mandarinis, ne pro uno quidem publicam ingrediendi facultatem impetrarunt? Nempe ad portam custos vigilat... ».

Ma si dice: è bastante che essi lo compiano segretamente. « ... Illos recenseo, qui ab anno 1707, quo porta occlusa fuit, latenter passim ingressi, partim de novo subierunt: ex RR. DD. clericis D. Balluer, D. Mullener, D. Vigier; ex RR. PP. Dominicanis P. Astudillo, P. Petrus M. Sanchez [so!], P. Michael de Arriba, P. Paulus Matthen, P. Joachim Roys; ex RR. PP. Augustinianis P. Ioseph Ferrer, P. Gabriel Palacios; ex RR. PP. Franciscanis duo Itali, quorum nomina hucusque mihi ignota voluit Rev. Lorimensis: omnes numero 12. Quod si forte unus aut alter memoriam ac calamum effugit, hos expungent D. Balluer et P. Ferrer, qui iam in pace requiescunt, et P. Astudillo, qui sponte recessit. Quid, quaeso, clandestinae istae 11 capitum suppetiae, per 11 annos missioni ministratae, si ad annua huius detrimenta conferantur? Quid ad 115 operarios, qui ab ingressu D. Patriarchae ad Sinas usque hodie deesse sciuntur? Quid ad senescentium et magnis passibus deficientium operarum iacturam, quae ingravescit? Ecce, quot hoc anno nondum evoluto iam mortuos luximus. (Seguono i nomi). Ut taceam, qui gravi aegritudine decumbentes, mortis faucibus iamiam imminet, ecce unus annus non integer 11 annorum subsidia propemodum devoravit! Quid fiet, si tribus aut quatuor annis mors ita saevire pergat?... ».

Il dolore per lo stato delle cose ha avuto la sua parte ai casi di morte. « Ante hac laborabant sudabantque in agro Domini, quin et persecutiones iniquae gentilitatis sustinebant: at haec omnia dulcia fiebant ex fructu animarum laboribus maiore. Nunc sine fructu aratur in lapide, Sinis non suscipientibus rituum suorum prohibitionem, sudatur in frigido, multis cum fide primam caritatem exuentibus, persecutiones autem, quas privatorum concitabant odia adversus s. religionem, nunc summorum magistratuum auctoritate armantur saeviuntque ». Le notizie su lo stato di benessere di molte missioni è ingannevole.